sibi fore inflicta per praefatum Jacobum Paczlawsky circa eadem invasionem domus quae propter enormitatem vulnerum eadem vulnera non potuit coram officio praesenti manifestari et demonstrari quae ita et non aliter fieri ipse nobilis recognovit et nobiles praefati relatores ipsius nobilis attestati sunt

Obductio capitis olim Pauli de Nowosielcze

Nobilis terrestris praemisliensis providus Jwastko de Grabowny ze unacum nobilibus Jwan et Wastko Paczlawskiego secum comparentes coram officio et actis praesentibus castrensibus praemisliensibus stans personaliter in vim relationis suae recognovit quatenus dictis nobilibus est obductio et protestatum feria sexta post dominicam quadragesimae invocavit proxime praeterita anno praesenti caput oclisum Laberiosi olim Pauli de Nowosielcze subditi Quondam Christoffori Glowa de Nowosielcze tenuit vero Quondam Georgii Glowa Judicis castrensis praemisliensis arendatoris bonorum Nowosielcze ex parte filiorum et fratrum patruelium praefati olim Pauli per Laberiosum Stecz Ignatowo de villa Oystio subditum sacre regie ... et intemptum ac circa ecclesiam in cimiterio ville Nowosielcze tumulatus ac sepultus est circa quam sepulturam ipse nobilis ex parte filiorum et fratrum patruelium praefati olim Pauli oclisi mixta iuris formam voce sonorosa et intelligibili eundem Stecz Ignatowo de Oystio proclamavit quia eundem olim Paulum in via libera et publica obsidentem sibi de vino mortuum fecit quod ita et non aliter fieri ipse nobilis recognovit et nobiles praefati relatores ipsius nobilis recognitione sua personali attestati sunt

Glowa Judex arendat Herbortho

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus praemisliensibus Quondam Georgius Glowa Judex castrensis praemisliensis tenutarius bonorum Piathugga et Possada publica palam et per expressum recognovit quia bona praefata Piathugga et Possada Quondam Joannes Herbortz successor Hostiensis praemisliensis hinc ad festum Sancti Nicolai episcopi proxime venturum pro certa summa pecuniae arendavit et locavit ac modo arende inscripsit de quaque arenda ipse Georgius Glowa iam sibi satisfactum esse recognovit de qua eundem Joannem Herbortz quietat praesentibus quaeque bona praefata arendata praedictus Joannes Herbortz tenebit habebit et possidebit ac illis utifruetur vigore praesentis arende et nullo alio iure cum omni iure dominio et omnibus usufructibus ad praedicta bona quovis quoquo spectantibus et utilitatibus ex illis provenientibus nullis penitus exceptis usque ad expirationem praefatae arende et iam praedictus Georgius Glowa dedit et admisit realem intrationem et actualem possessionem in praefata bona superius nominata et hoc ibidem stans personaliter praefatus Quondam Joannes Herbortz etiam recognovit se praedicta bona non alio iure tantum modo iure arende se tenere et possidere post cuius expirationem

arende ipse Georgius Glowa in eadem bona praefata libere tanquam in sua propria inquietabit et per hoc nulla violentia fieret super quod actum positum est

Intro data per Orzechowsky Stapkowsky

Ministerialis terrestris praemisliensis providus Venceslaus de Zablocze unacum nobilibus Joanne Sokolnyczky et Stanislao Lenczinsky secum comparentes coram officio et actis praesentibus castrensibus praemisliensibus stans personaliter in vim relationis suae recognovit quia feria sexta post dominicam quadragesimae invocavit proxime praeterita anno praesenti Quondam Stanislaus Orzechowsky de Orzechowce dedit et admisit realem intrationem et actualem pacificamque possessionem in tota et integra sortem suam hiram in villa et hereditate ville parva Baranyczce necnon septem curthones bona possessionatis incipiendo a taberna usque ad dimissorium alias do wygonu in villa et hereditate magna Baranyczce necnon etiam in piscinam que iacet in villa Wolicza in villagio nobilium Nowynyczkych nobili Andreae Stapkowsky seniori et hoc vigore inscriptionis castrensis praemisliensis per eundem Stanislaum Orzechowski in summa sexingentorum florenorum pecuniae eidem Andreae Stapkowsky factae et inscriptae ac obedientiam curthonum in bonis praefatis demandavit quam immediate in prima relatio et nobilium praestiterunt et obedierunt nemine eandem intrationem denegante et praepedente immo ad eandem intrationem libere consentiente quod ita et non aliter fieri ipse nobilis recognovit et nobiles praefati relatores ipsius nobilis recognitione sua personali attestati sunt

Intro non est admissa per Blazowsky altero

Ministerialis terrestris praemisliensis providus Haraszym de Blazowo unacum nobilibus Wastko Blazowsky et Petro Stazelczky secum comparentes coram officio et actis praesentibus castrensibus praemisliensibus stans personaliter in vim relationis suae recognovit quia feria secunda post dominicam quadragesimae oculi proxime praeterita anno praesenti prius fuit cum dictis nobilibus in bonis sortis ville Blazowo nobilis Jeffrychio Blazowsky hiis dum et quando nobilis Andreas Blazowsky mixta decretum officii castrensis praemisliensis voluit acceptare intromissionem in bona vigore curthonum Jwan dictum Smile necnon mixta inscriptionem castrensis praemisliensis obligatoriam in summa quatuor florenorum pecuniae per praefatum Jeffrychio Blazowsky praefato Andreae Blazowsky inscriptae alias prout de praemissis inscriptio obligatoria quam et decretum castrensis officii praemisliensis latius obloquuntur quae quidem intro in bona praefata eidem Andreae Blazowsky per eundem Jeffrychio Blazowsky non est admissa immo temere denegata quod ita et non aliter fieri ipse nobilis recognovit et nobiles praefati relationum ipsius ministerialis recognitione sua personali attestati sunt super quod memoriale positum est quod officium recepit